



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Item sub typo manus eduentis aspidem. Isa. 11, n. 4

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

eli noli coniungere, & illa ad te non praesumat accedere, latrare potest, sollicitare potest, nisi voluntatem: non enim cogendo, sed suadendo nocet: nec extorquet à nobis consensum, sed potest. ita Augustinus.

CHRISTI DE DAEMONE VICTORIA sub typo manus educantis aspidem. Isa. 11.

**T**ERTIA metaphora est illa, quæ eadem dæmonis de cordibus fidelium ejectione per Christum in Incarnatione, quando adhuc puer erat, sub educantis manus typo significatur. Isa. enim 11. legimus. *Et delosabitur infans ab ubere super foramine aspidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit manum suam mittet.* quod de Christo dæmonem fugante intelligit Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, & Athanasius sermone de Passione Domini. Cytillat in Isa. 11. Gregorius lib. 17. moral. cap. 18. Verum hoc ipsum à Christo factum per carnem sumptam à Virgine, pulchre Ambrosius significat in præfatione in psalm. 37. docens quomodo caro Christi facta sit antidotum veneni per carnem olim transfusi: *Antidotum, inquit, facta est caro, quæ erat venenum ante peccati, quia erat illocebra peccatorum. Audi quemadmodum antidotum caro: Dei Verbum factum est caro, misit manum in cauernam aspidum, & venenum euacuaui, peccatum abstulit, id est de peccato peccatum damnauit in carne: quemadmodum dixit Apostolus ad Roman. 8. hæc Ambrosius: quin etiam alia plura in hanc sententiam addit, & Gregorius lib. 17. moral. c. 18. explicans hunc locum occasione similis sententiae Job. 26. vbi legitur: *Spiritus Domini ornauit celos, & obstetricante manu eius educit coluber tortuosus. Cauerna huius colubri, inquit Gregorius, corda sunt iniquorum, dum verò Christus diuina pietate corda infidelium tenuit, & ex inde captiuum diabolus traxit, quasi manum, iuxta illud Isa. 11. quod paulo ante memorauimus, ad latibula serpentis misit, quem & aspidis nomine appellat Isaias occulid sanientem, & reguli aperid ferientem. hæc Gregorius. & centè vi huius diuinæ manus obstetricantis, illud factum est, vt in cubilibus in quibus, Isa. 35. prius habitabant dracones, orietur viror calami, & iunci, & ex insignibus peccatoribus, insignes euaderent Sancti, quod non solum cum initio nascantis Ecclesiæ ex cultu Idolorum,**

ad veri Dei cognitionem traductus est orbis, sed quotidiano etiam experimento fatiscerentem habetur. Hoc autem per manum educentem, id est vt dicebat Ambrosius per Christi carnem in Incarnatione de Virgine sumptam factum videmus.

Nec illud est prætereundum quod Isai. 8. Victoria de Christo adhuc infante, ac de Satana opima spolia referente his verbis prænunciatur: *Et accessi ad Prophetissam, & concepit, & peperit filium, & dixit Dominus ad me, voca nomen eius, Accelera spolia detrahere: Festina prædari: quia antiquam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samaria coram Rege Assyriorum.* Hanc enim Prophetissam Patres Deiparam Virginem esse fatentur, ad quam accessit, leu superuenit Spiritus sanctus, & concepit, ac peperit Christum; ita explicat Tertullianus lib. de Trinitat. vbi animaduertit, Isaiam Prophetico spiritu futurum quasi iam factum prædixisse: cum enim nondum accessum esset ad Mariam, tamen *Accessi, inquit, ad Prophetissam, & Eusebius libro septimo de demonst. Euang. cap. 7. verba illa Spiritui sancto tribuit dicenti, se Mariæ Prophetissæ superuenturum.* Basiliius in Isa. cap. 8. Mariam, illam Prophetissam fuisse sic probat: *Quoniam, inquit, in eam superuenit Spiritus sanctus, & propheticò afflata spiritu, elocuta est, Magnificat anima mea Dominum, &c. cui consonat Nazianzenus orat. in S. Pascha, Epiphanius hæref. 79. Procopius in Isa. vbi Deiparam ita vocatam docet, quod Spiritus sancti in eam superuenientis particeps esset futura. & Andreas. Cretenfis orat. de Annunc. Benedicte, inquit, tu quam Isaias Prophetissam, & Virginem nuncupauit. & Rupertus in illa verba Cant. 7. *Venter tuus sicut aceruus tritici;* loquens cum Virg. Tu, inquit, es illa Prophetissa, ad quam accessi omnis sanctus, & fidelis Propheia, ad quam tendebat, & impleta est omnis sancta, & fidelis Propheia. sic ille. Nomen verò filij huius Prophetissæ, teste Isaià à Domino impositum, quod est; *Accelera spolia detrahere, festina prædari, quia antiquam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samaria coram Rege Assyriorum;* ad Christum pertinere omnes ferè tradunt, non quod hoc nomine vocandus esset: sed quemadmodum rectè Chrysostronus adnotauit homil. 5. cap. 1.*



7. cap. 1. in Matth. ut hoc nomine id quod futurum erat significaretur: Puer, inquit ipse, vocatus est, velociter spolia detrahe, quod illo nato strepitio, & spoliis facta est diuisio. Athanasius libr. 1. de incarna. Verbi, ex hoc Isaie loco probat Christum puerum statim natum diripiisse spolia. & Augustin. serm. 32. de temp. Tunc puer, inquit, priusquam sciret vocare patrem, vel matrem, id est Christus antequam per humanam carnem verba profert, accepit virtutem Damasci, & spolia Samaritæ: Spolia enim, inquit Eusebius loco citato appellat his verbis eos omnes, qui abducti ab errore demonum adhaesere Christo. & ex Ambrosio in Plal. 118 serm. 21. Velociter, inquit, spolia detrahe, quia Rex Assyriorum, id est diabolus eorum quos vanos effecerat sua perfidia, spolia amisit qua tenebat.

CHRISTUS INFANS MULTIPLICITER SATANÆ SPOLIA DETRAHIT.

**S**ED QUÆRAT quispiam quænam Satanæ spolia Christus in sua in sancta diripuerit? sanè plurima. In primis Christus Redemptor noster non tantum in sua passione, ac morte, in qua suum meritum consummavit, sed & in tota sua vita sine intermissione per varios actus meruit, Christi autem merito demonis vires sunt attritæ, & ad nihilum redactæ: de Christi autem merito egregiè tractat Suarez tom. 1. in 3. p. disput. 39. sect. 2. & 3. & Cajetanus 3. p. q. 34. art. 3. & q. 19. Imò in ipso etiam instanti suæ sacratissimæ Incarnationis, & Conceptionis mereri incæpit, quemadmodum docent Theologi cum D. Toma 3. p. q. 34. art. 3. quod satis indicauit Apostolus ad Hebr. 10. cum enim Apostolus ex Anselmo & D. Thomam in illum locum ageret de primo actu, quo Christus carnem assumpsit, vult ex psal. 39. cuius verba citat, Christum in eo instanti cognouisse voluntatem Patris, nec non legalium sacrificiorum ad peccata expianda insufficientiam, seque voluntariè pro hominibus obtulisse, ac per illam voluntatem sanctificationem nostram meruisse; verba Apostoli hæc sunt: Ideo ingrediens mundum dicit, Hostiam & oblationem noluisi, corpus autem apertasti mihi, Holocaustumata pro peccato non tibi placuerunt, Tunc dixit, Ecce venio. & mox: In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem cor-

poris Christi semel, quælibet enim Christi actio ratione dignitatis personæ valoris erat infiniti, ut propterea paulò post incarnationem Deipara in suo Cantico Christi victoriam de dæmone partam canens, meritò dixerit: Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui, Deposuit potentes de sede, &c. Quod eleganter Bernar. serm. 2. de Pentec. explicat: Christus, inquit, substantialiter Virginis utero illapsus, de Spiritu sancto conceptus est, ut conceptionem nostram mundaret, quam spiritus malus si non fecerat, tamen infecerat, ut non esset etiam in utero vita ipsius otiosa, dum nouem mensibus purgat vulnus antiquum scrutans, ut dicitur, usque ad vitam putredinem virulentiam, ut sanitas sempiterna succederet. Et tunc iam operabatur salutem nostram in medio terra, in utero videlicet Virginis Maria, qui mirabili proprietate terra medium appellatur. sic Bernardus.

6 Nec solum Christus infantulus in utero matris, & postea recens natus nostram sanctificationem merebatur: verum etiam adhuc puer hominum animas de Satanæ potestate ereptas ad suum regnum multipliciter traducebat, ac proinde ejusdem Satanæ spolia detraxisse, atque prædatus esse, jure optimo dicitur loc. cit. Ita s. quod in præsentia nonnullis exemplis ostendemus. Primum enim vix in utero Matris conceptus, ab ea ex Nazareth in Montana in domum Zachariæ delatus, Ioannem Præcursores suum, ejecto dæmone sanctificat: deinde vix natus ex ultimis Orientis finibus Magos ad se adorandum ducatu stellæ evocauit; tum Innocentes pueros ab Herode per summam crudelitatem uicidatos, in suorum Martyrum numerum ascivit: sui item cognitionem pastoribus in ipsa nocte Natiuitatis per Angelum impertijt: deinde Herodianam sæuitiam fugiens Aegyptum ingressus, tum dæmonum idola prostravit, tum etiam solitudinem Aegypti sacra benedictione est profecutus: ita ut postea in ea innumerabiles Monachi, & Anachoræ mira sanctitate floruerint: Simulacrorum quoque seu potius dæmonum oraculis silentium, quod nonnullis eorum, apparente Saluatoris in hunc mundum aduentu, imponi cœptum erat: multo magis Christo justitiæ sole illucescente est imperatum: deniq; alia hujuscemodi plurima, quamuis non sint litteris mandata, infantulus fecisse existiman-

Christus adhuc infans ad suum regnum homines traducebat.

Luc. 1.

Luc. 2.

Matth. 2.

